



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et
Mi-||racvlis Clari, Opera**

Seuse, Heinrich

Coloniae, 1615

Epistolæ complures.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38029

mini salutaria sint. Præstet nobis omnipotens
 DEVS, vt exemplo beatissimæ DEI genitricis
 indefesso conatu nobis ipsos perpetim abnegare,
 mortificare, relinquere & exire studeamus.
 Amen.

AD LECTOREM.

Has licet paucas tanti viri conciones hoc loco
 scimus, vt ex ijs conijciat pius Lector, quam
 lendum sit, reliquas hominum incuria intercidisse:
 cum tamen certissimum sit, egregium esse
 fuisse concionatorem, & sæpe ad populum summo
 cum laude & vtilitate declamasse. Porro reliquas
 eius sermones, epistolas ac lucubrationes, quæ
 Thauleri operibus habentur, Lector hinc inde in illis
 scriptis, offendet.

D. HENRICI
 SVSONIS VIRI SANCTIS-
 SIMI, EPISTOLAE ALIQVOT
 PIAE AC ERVDITAE.

AD LECTOREM PRAEFATIO
uncula interpretis.

Multas nostrum Susonem Epistolas scripsisse
 dubium non est, sed has paucas solas habere
 licuit, quas tibi amice Lector candidè
 communicamus. Piae sunt ac eruditæ, & quæ
 non possunt sine magno fructu perlegi.

*De vera ac expedita sui ad Deum conuersione,
cum integro Mundi contemptu
coniuncta.*

EPISTOLA I.

Regnū Mundi & omnem
ornatum seculi contem-
pli propter amorem Do-
mini mei IESV CHRI-
STI.

Hancego Melodiam suauissimam, virgineamq; electæ Christi sponsæ professionem cum de te cātare audirem, ita mecum cogitabam: Meritū quidem amico ille quamuis chario hilariter potest valescere, qui amico est chariori potitus. Quod reuerā tibi prorsus hodiē præstitum est. Itaq; fallacioso huic seculo debes alacri animo nuncium remittere. Adspice quæso, vt suis illudat amicis, suisq; amatoribus Mundus iste. Vmbra circumplexus eram, insomnium mihi desponderam, opinionem compræhenderam. Vbi nunc vmbra figura? Vbi insomnij pollicitationes? Vbi opinionis falsæ persuasiones? Quid si vel mille annis tui dominio potitus hæctenus essem Munde vanissime? An nec punctum breuissimum omne illud tempus iam elapsū cernerem? Nimirum hoc tibi iam olim ingenium est, fugere ac præterfluere continenter. Putabam me te iam strinxisse fortiter & amplexū esse: atq; ecce, dū nescio, velut anguilla ex meis dilaberis manibus, prorsusq; evanescis. Quisquis te sponte sua non prior

Mundus quomodo suis amatoribus illudat.

Mundum, ni
deseratur,
& deserere.

ipse repudiat ac deserit, eum tu tamen mox de-
feris. Age igitur latro in festissime ac insidiosi-
sime, iam longum vale: prorsus æternum vale
regnum Mundi & ornatus filiorum seculi hu-
ius. Filia mea in Christo charissima, memine-
ris obsecro valescisse te animo deliberato cõ-
ctis amicis, cognatisque tuis, itemque honoris
facultatibus: atque in hac voluntate constans
perseueres. Absit vt imiteris fatnas quasdam
virgines, nihil à feris beluis intra leporarium
inclusis differentes: quibus dum per ostium
exeundi negatur facultas, per sepes & sepra ru-
unt. Id genus virgines partim intus, partim for-

Religiosi qui
dam quam se
perditè gerat

ris sunt. O quantum illæ operæ ac olei pro re-
bus nihili perdunt. Da o seruire carceris loco
habent: disciplina Monastica, ergastulum eis
est: & quia pomum ipsum apprehendere ne-
queunt, eius odori inhiant: pro coronis rosa-
ceis, ricas sibi imponunt picturatas: pro velle
coccinea in sacco cinericeo gloriantur: atque
pro legitimo illo quo Deo coniuncti sunt ma-
trimonio, vanæ ac perniciosæ sese dedunt ho-
minum amicitia & amori, vnde tamen nihil,
nisi temporis perdicionem & iacturam, cordis
perturbationem, & totius spiritalis vitæ ex-
terminium ac profligationem reportant. Inter-
rim crebris vltro citroq; se compellant saluta-
tionibus, atque cum absentis amici simulacro
animo suo impresso, confabulantur, perinde
vt faciunt sitibundi, dum frigidam se somniat
potare aquam cumque huc atque illuc sese ver-
sant, nõ nisi vacuas reperiunt manus, cor me-
rens, & animam Diuina gratia nudatam. Fie il-

Simile.

lis vt monacho illi, cuius mattæ, quam pallij
loco

loco induerat, infidens diabolus, ait ad eum ir-
 ridiculè: Miser, si plus posses, plus etiã faceres.
 Ea profectò misera & calamitosa vita est, &
 tartari atrium quoddam, nō posse Mundo pro-
 voris frui, & nihilominus carere DEO, simul
 & Mundanæ ac Diuinæ esse consolationis ex-
 pertem, ac vtrobiq; iacturam facere. Quanta
 illi cum ignominia & infelicitate in extremo
 iudicij die coram amicis iuxta ac inimicis com-
 parebunt. At verò omnipotenti DEO studiosè
 obsequi & alacriter seruire, vita est omnino
 iucunda, secura, suavis & in præsentis & futuro
 seculo. Corpore quidem istiusmodi in terris
 degunt, ac conuersatio eorum perpetim in cæ-
 lis est. Reuerà iugum istud suaue est & onus le-
 ue. Et licet interdum affligantur, id tamen ni-
 hili pendendum est. Quis est enim toto orbe
 terrarum crucis expers? Nemo sanè. Neque
 qui in castris, neque qui in vrribus commorã-
 tur, possunt crucem omnem effugere. Non pur-
 pura, non vestis quantumuis insigni confecta
 panno, potest ab homine crucem abigere ac
 propulsare. Siquidem plerunq; forinsecus in-
 tegrum apparet, quod intus planè lacerum &
 desertum est. Si quis igitur pati habeat ob Diui-
 ni amoris lusum suauissimum, non debet id
 magnipendi. Principio quidem dolet necessa-
 ria sui mortificatio ac rerum omnium cōtem-
 ptio, (ita nanque dignum est) atqui paulatim
 fit delectabilis, atque tum cessat prior illa mo-
 lestia. Redi obsecro, in memoriam superioris
 vitæ tuæ, cogita dies pristinos & anteaetæ æta-
 tis proluxa spatia, vide quam nimis diu dor-
 mitaueris. Perpende quæso, fuerintne omnia

O 5 illa

Vita quorun-
 dam quam sic
 miserabilis,

Vita planè se-
 cura ac iua-
 uis quæ.

Phil. 3.
 Matth. 11.
 Crucis ne-
 miuem esse
 expertem.

OTW
 45

Rom. 1.

illa ceu insomnia quædam, quibus tum ad oblectabaris. Agè iam expergiscere, tempus est Dominus toties apud te repulsam perpeffus, neutiquam desistere vult. Atqui amicum de repulisse, certè indecorum ac scœdum est. Ergo tuum illi fac patefcatur peccus, liceat illi tantopore te amanti ingredi in cordis tui domicilium oblecta te cum illo, & restaura ac sarcito tam diuturni temporis negligentias. Qui amicum pulsanti tardè aperit, debet eo celeritùs ac vehementius properare. Non ita tecum agitur, ut cum plerisque alijs tepidis ac remissis, qui nec Deum nec Mundum admodum diligunt. Exigit Deus omnipotens, vt modis omnibus tam illi spiritali exhibeas cor tuum, quàm fuit ante Mundanum. Quicquid igitur hæctenus operæ ac industriæ in id quod erat temporarium, collocasti: deinceps in illud quod est stabile, firmum ac perenne, conferas.

Summè quid
nam Deus à
quouis exi-
gat.

*De humili sui abnegatione hominis DEVM
amantis.*

EPISTOLA II.

Habitabit lupus cum agno. Esaiæ II. Cum naturæ author & opifex Deus in terras descenderat, sumpta hominis effigie, noua perpetrare volens miracula, syluestres feras effecit domitas, ac sæuas bestias mansuescit, vt potest colligi ex Propheta Esaiæ. Memini me olim legisse filia in Christo charissima, quod nunc demum capio quid sibi velit, nempe Amorem exæquare inæqualia. Eam

Cap. II. & 65.

ob rem Veneris simulacrum cæcum & oculis
captum pingi solet, quâdoquidem is qui amo-
ri cæco deditus est, rectum amittit iudicium.

Quod vt in amore temporario ac mūdano ve-
rissimū est, ita nihilominus pulchrè quadrat, Amor seculi
vix exuendus.

atque rectius accommodari potest ad amorem
spiritalē, vtpotè qui multos honoribus ac
dignitatibus egregiè ornatos, iisdem ipsis peni-
tus dispoliârît ac exuerit: aded vt etiam quidâ

Reges & Principes, repudiato imperio, paupe-
rum sese ministros fecerint, quo tenerrimo il-
li infantulo, ac cælesti illi amico suo sese con-
formarent. Age igitur filia, abijce ac proculca

abditum illum animi tui fastum ex generis
nobilitate nascentem, & amicorum atque co-
gnatorum infirmas fallacesque consolatiun-
culas, quibus hætenùs sub quadam religionis

specie perniciosè ac fallaciter vsa es, illudens
planè tibi ipsi, demittasquè tete hodie addul-
cissimum puerulum Dominum IESVM, in

præsepium humilitatis ac abiectiōis illius,
vt is te subuehat & exaltet in thronum gloriæ
ac immensæ dignitatis suæ. *Qui parce seminat,* 2. Cor. 9.

*parce & metet. Et qui seminat in benedictionibus,
in benedictionibus & metet.* Quæso, ex animo &

viriliter istud agas filia, & sub ipsa mortalium
omnium vestigia te reponas ac submittas, haud
secus quàm si quoddam sis pedum illorum in-
uolucrum. Nōsti sane, vt nihil grauatè ferat

pannus eiusmodi, quo pedes obuoluuntur, vt-
cunque cum ipso agatur, quandoquidem pedi-
bus regendis destinatus est. Vera sui submissio
& depressio ac abnegatio, virtutū omnium & to-
tæ salutis ac beatitudinis radix est: vnde porrò

emer-

Humiliatio-
nis modus
quis.

Abnegatio
sui vt sit vir-
tutum omnium
radix.

emergit mitis quædam & tacita tranquillitas ac tranquillum silentium, cum vera sui reformatione coniunctum, idque æquè erga infimum, ut erga summum. Doler profectò, sapietem ac eloquentem esse, & nihilominus in silentio sese continere: audire calumnias & obrectationes, nec se tneri & vlciisci: hominem prudentem ac honoratum vitioso ac nullius existimationis homuncioni cedere, nec contradicere. At qui hoc est, ad præclarissimum Christi exemplar conformari. Quid verò possit aut homini conducibilis, aut Deo laudabilis esse? Hoc cum primis facit, ori silentij frenum iniicere, neque id laxare vnquam, nisi cum vera mansuetudine & rationabili moderamine ac discretione, ita ut nullus omninò proficiat ex ore sermo superflus, & qui non multum necessarius sit, cedatque vel in laudem Dei, vel utilitatem proximi. Equidem filia magnæ vitæ rigorem abs te neququam exigo ob naturæ tuæ imbecillitatem. Cibi, potûs ac somni tantum capias, quantum erit corpori necessarium, permittoque tibi earum rerum vsum, quibus pro tua infirmitate opus habes. Porrò si salua velis effici, da operam, ut in supradictis grauer te exerceas: nec despondeas animum, si non eueniant statim omnia ex sententia. Nam qui fieri possit, ut tot rerum imagines, tot sordes, totis viginti annis in vnum aliquem congestæ locum, tam cito inde se reiici patiantur? Ac paulatim de die in diem abscedent ac emigrabunt, vbi sibi nullum viderint superesse locum. Sanctæ meditationes, deuotæ preces, & spirituales occupationes ac exercitia plurimum educerent.

Silentium o-
xis qui seruā-
dum quoque
prouchat.

Desolatio in
exercitijs

ferent. Nec est quod admodum animo pregraueris, si parum experiaris dulcedinis: cogites potius ea te indignum. Maneas aduoluta vestigijs pijsissimi Domini IESU, donec sua te visitet gratia, tuique misereatur: permittas eum operari pro suo arbitratu. Crede mihi filia, multas adhuc habebis perpeti tempestates, multaque iniucunda ac nubila, antequam caelestis claritas & serenitas in te confirmetur. Quaeso te, prosperisne semper successibus fruita es, cum in seculo degeres? Equidem non puto. Modò lætis, modò tristibus, iterumque & molestis & iucundis afficiebaris, prout volubilis ferebat fortunæ rota. Idem ergo nihil grauatè feras erga omnipotentem DEUM, quem iure meritoque obseruare, cuique semper præsto esse debebis: cuius ira longè potior & optatior est, quàm fallax hominum amicitia & blandimenta. Dissimulatione quadam vttere erga eum: siquidem & ille in te plurima dissimulauit. Plane confidas ei ex animo, certa quod nunquam te poterit derelinquere. Immodè verò tanta illius honestas & benignitas est, vt nulla possit ratione vnquam illum deserere, qui seipsi possit totum permittere ac resignare. Fuit quidam penitus derelictus ac destitutus omnibus illis, quæ ei potuissent temporarium aliquod solatium vel amicitiam exhibuisse. Is ergò quodam

Spiritibus
quomodo fe-
renda.

Deo quate-
nus confidē-
dum.

Paradigma.

amici,

OTW
45

Neminem
repente per-
fectionis cul-
men obtine-
re.

Paradigma.

Vt quis post
lapsum reno-
uato pie posi-
to debeat re-
surgere.

amici, non vllæ denique seculi voluptates: sed
id ego ex animo lætor, quod vsque ad eð bonus
est Deus, & quod ille solus est amicus meus &
gaudium meum, vti ego pie spero & confido.
Tamet si filia mea paucos inuenire liceat, qui
non interdum quodam tepore laborent, licet
alius plus, alius minus: attamen hac in parte
est, quod te scire velim, videlicet montem esse
præcelsum, ac iter lubricum, vt non possit v-
no impetu confici ac superari. Iterùm atque i-
terùm connitendum est, donec ad montis fa-
stigium pertingatur. Mollis ac delicatus miles
est, qui nimio auditus terrore fractus retroce-
dit, nec statim resumptis viribus pedem ed re-
fert vnde extulit, seseque viriliter opponit.
Pugnare & configere cum hostibus, proprium
est pijs quibuslibet in hac vita mortali. Noui
ego fratrem quendam professione Dominica-
num, qui multis atque crebris importunis que-
tentationum fluctibus non nihil repulsus atque
retorsus reiectus, & vt ipsi videbatur, vera
strenuitate ac intima animi deuotione nuda-
tus intra seipsum se recipere, Deoque dicere
solitus fuit: Quidnam mihi accidit Domine
Deus? Eheu quam imprudens & nescius deor-
sum tetendi. Agè iam anima mea totis viribus
hilariter operam demus nouis cumulãdis me-
ritis: vetera iam prorsus euannerunt. Atque ita
rursus incipiebat sibi ipsi subtrahere, corpus ca-
stigare, hominum consortia deuitare, grauita-
tem ac maturitatem quandam præ se ferre, se-
ipsum custodire, nouas effingere preces, nouas
assumere exercitia, viasque omnes vnde sibi ex-
cidisse videbatur, instaurare ac facere: atque hinc
in mo-

in modum sese noctes atque dies exercitare, donec diuino quodā seruore ac intima deuotione rursus inflammaretur ac incalesceret. Et plerunque posteriora exercitia longè felicius illi succedebant, & cumulationem conciliabāt gratiam, quam quæuis præcedentia. Interim sui cordis meditatione sepeliebat veterem hominem perinde, ac si nunquam fuisset: multasque inuenit sese custodiendi vias, quas nunquam ante cogitauerat, sicq; seipso semper prudentior efficiebatur: ac deinde iterum relapsus rursus vt ante denuò inchoabat. Idque fortassis illi innumeris euenit vicibus. Ita nimirum aeterna Sapientia per organum suum beatissimum patrem Bernardum docet, ita dicentem, hoc ipso discerni electos à reprobis, quod reprobi cum ceciderint, non adijciant vt resurgant, electi verò mox resurgere ac proficere nitantur. Non enim potest quisquam in hac vita in eodem semper gradu persistere. Facile propterea in errorem induci potest is, qui Deo primum seruire incipit. Vt verò idem ipse in Deo stabilis ac firmus perseueret, nihil sanè vtilius illi fuerit, quam vt externas omnes occupationes, quoad poterit, recte ac ordine deuotè & subterfugiat, atque in seipsum sibi viam feruat & muniat, secumque intus maneat. Is tanque cordis pacem venalem circumfert, qui absque ingenti necessitate rebus externis molem deditus est. Fertur Albertus Magnus dixisse, nunquam se ad homines accessisse, quin minor homo rediret. Quilibet ergo sese medullitus semper & vbique vniat Deo. Quod vt melius possit, det operam silentio, Diuinis vacet

Aurea mensura
sui Bernardi
sententia.

Alb. Magni
pophthegma.

vacet Meditationibus, paucis vtatur verbis, magnis ac rigidis sit intentus operibus: quibus quid ipsi Deus patiendum euenire permiserit hilariter accipiat, cunctorum hominum delictus patienter ferat ac dissimulet, improbos castigat, nemini admodum familiaris sit, sensibus suis inuigilet, nulli plus satis temporis aut vrborum commodet, sese diligenter obseruet, sibi Deum & Mortales omnes se deprimat, de cunctis hominibus bene loquatur, seipsum vilipendat & accuset. DEO hilariter seruiat, proximis bona præbeat exempla, minima peccata æquè ac ac maxima deuiter, DEVM in cunctis spectet ac intendat, atque ita tempus omnem refingat cum omnipotente DEO. Siquidem huius ratione poterit quis in DEO stabiliri, tempus recuperare perditum, ac novos meritorum & Diuinæ Gratix thesauros sibi acquirere ac contemneri. Vale.

Tempus amissum vii recuperetur.

Vt ad crucem & afflictionem perferendam spontè resignare debeamus exemplo IESV Christi.

EPISTOLA III.

Nigra sum, sed formosa, Filia Ierusalém. Sicut tabernacula, &c. Cant. 1.

Verba hæc animæ sunt DEVM amanti. Quod autem ad literam attinet, dicta videntur de Salomonis regis charissima coniuge, quæ quod velut Aethiopissa nigra esset, & nihilominus in tam grandi vxorum & concubinarum

rum eius numero præcipuum apud eum gratiæ
 locum haberet, filiabus Ierusalæ admirationi
 fuit: hoc nimirum significante Spiritu sancto,
 hominem æquanimiter cruces ferentem, &
 quem DEVS perpetuis excitet aduersitatibus &
 afflictionibus, atque interim parienti diuini-
 tus donatum resignatione, DEO præ cæteris
 chariorem esse, licet cruces ipsæ & perpeffio-
 nes velut Aethiopem atrum eum apud homi-
 nes reddere videantur. Attende, obsecro filia.
 Facile quidem est & dicere & audire de affli-
 ctionibus, sed præfens earum experimentum
 dolet. Homines afflicti eo nonnunquam ad-
 ducuntur præ angustia, vt putare possint Om-
 nipotentem Deum sui oblitum, & quasi illi dicere
 queant: Ah nescis pie Deus etiamnum viuere
 nos? ecquid in nos cogitasti? Qui fieri potest,
 vt tam grauis & dura sit manus tua, quando
 longè pijsimum ac benignissimum est cor tuum?
 At hic amicabili querimonix respondet Deus
 in hunc modum: Adspicite innumeras sancto-
 rum myriades, cernite viuendam illam atque
 ornatissimam cælestis Ierusalem structuram,
 & eius vrbs illustrissimi ac viui lapides ante
 facti, politi, & pulchrè aptati sint varijs afflicti-
 onibus, qui modò mirifico nitent fulgentque
 splendore. Pensate quid beatissima illa Eliza-
 beth vidua pertulerit. Paulus & Apostoli Mū-
 di huius peripsima fuere. Iob & Tobias iisdem
 ingressi sunt vestigijs. D. Athanasius Pontifex
 Alexandrinus, tanta persecutionum vi ac tem-
 pestate iactatus fuit, ac si in eius necem totus
 coniuisset orbis. Agedum attendite, obsecro,
 vt sancti omnes aut solum cordis, aut simul

Afflictiones
 qui preffi-
 gantur.

S. Elizab.
 1. Cor 4.
 Athanas.

P

cordis

cordis & corporis sanguinē fuderint. Id quod
meritò contemplari debent homines afflictio-
eiusque contemplatione gaudere, quod De-
per afflictiones suis eos velit amicis charitatis
conformare. Itaque veniat mors ipsa, & mor-
ruant in nos calamitates, cruces, tormenta
quando tot nobis commoda & emolumenta
ex perpeffione proueniunt. Et quamuis in
renda afflictione non semper æque resignati-
simus animo, nō propterea salutis spes omnia
ablata est, nec DE I gratia amissa. Vespere
mane diem integrum efficiunt. Modo ne per-
tinaci animo aduersus Deum calcitremus
rebellemus. Cū ergo hominis afflicti facies
pallefcit, os exarescit, naturæ forma ac pul-
chritudo marcescit, erectis in cælum lumina-
bus, dicat: Sicut pelles Salomonis, &c. Pelles
istæ hominem exteriorem significant regis il-
lius in crucis stipite vsq; ad eod arefacti, vt nulla
ei hominis species esset neque decor. Proce-
deret sanè in medium, si quis vnquam similem
abiectionem ac miseriam perpeffus est, atque
in his illi se audeat comparare. Ipsi illa vox
est in Psalmo: *Ego autem sum vermis, & non homo.*
O vermis ipso quāuis radiantissimo sole splen-
didior, quisquis te contemplatur, conquirit
certè non debet, immò verò sub quamlibet
illi occurrentem aduersitatem hilari sese a-
nimo demittet. Forsitan ea in cogitatione
versaris filia, quando quidem tam acriter
DE vs te visitare cœpit & affligere, vt putet
cruces tuas omnium esse acerrimas. Sed non est
cur id tibi persuadeas. Sibi quisque proximus
est, & sua incommoda propiùs experitur. Et
mih

Cant. i.

Psalm. 21.

Sua cuique
incommoda
vteri maxi-
ma.

mihî nonnunquam eiusmodi subrepsere cogitationes, quæ cruces meas præ alijs exaggerarent. Verùm id DE Ò committendum est. Hisce de rebus fortasse nihil ad te perscribere debuissèm, nisi quod CHRISTI charitas me impellit, vt humeros meos vltro offeram tuis vna tecum ferendis oneribus, quo tanto leuius feras. Cum miseri & inopes inter sese conueniunt, solent interim aded se mutuis recreare sermonibus, vt famis suæ obliuiscantur. Agè bono sis animo, patiaris æquanimiter, certa hinc ingens tibi accessurum gaudium incalis. Vale.

Vt homines necdum in virtutibus exercitati: sibi solum intendere, atque alios neutiquam docere velle debeant.

EPISTOLA IV.

Quomodo potest cæcus cæcum ducere?
Luc. 6.

Inter complures alios spirituales filios, quos Minister Sapientia (ita enim ipse se D. Henricus Suso appellat) ad Deum reduxerat, filiam habuit spiritalem, molli admodum ac instabili animo, quæ & vellet & non vellet, cuperetque omnino beata effici, ac nihilo minus corpori suo commoda & oblectamèta abundè indulgere: idq; pulchris quibusdã obregere excusationibus velis. Illi ergo scripsit in hunc modum: Ecce quid tibi vis filia? Cur ita negligis & abijcis sacratissimas spiritualis patris tui institutiones, vt tam ad ea rursus animum adiungas, à quibus tam

Argumentum
epistolæ sequentis.

Sibi cuique
intendendū
prius.

Gen. 3.

Quid requi-
ratur vt quis
in bono vita
ordine perse-
ueret
Paradigma.

egrè vixdum te abstraxi, ex quibus anime, cor-
poris, honoris & existimationis tuæ damna
grauissima accepisti? Putasne permissum tibi
tibi ac licitum, quicquid libitum erit? Irasne
ad eò confirmata es, vt quæuis tibi permittas
indulgeas? cur non ad mentem reuocas, quæ
tibi peccata condonarit DEVS? quam difficul-
ter huc pertigeris, quàm etiamnum nihil
atque hinc admonita, vni tibi duntaxat in-
giles, aliosque omnes missos facias potius, qui
quenquam docere velis? Cernisne dæmonem
filo Serico in collum tuum iniecto, te ad se pe-
trahere cupientem? Nunquam antehac vel
ipsam docere potuisti. Multò sanè fragilior es
quam Eua in paradiso, & iam alios ad DEVM
conuertere moliris? Ita nimirum stramina
paleas ad titionem non extinctum penitus, sed
non nihil duntaxat opertum applicare vis. Sed
ais, non nisi spiritali ratione id te facturam. At
crede mihi filia, poterit quidem res ea à spiritu
sumere initium: atqui in carnem definit. An
ne satis tuo edocta es periculo? Paucane tibi ve-
dentur aut exigua, quæ hactenus in te Deus dis-
simulauit, tibi que remisit errata? Certè non
prius ab instituto hoc animum reuocabis, do-
nec ipsis cacodæmonis nexibus sis obligata. Sa-
pius me tibi dixisse memini: Puratis vos per-
quam commodè ac faceret Deum hominesque
eludere, & tamen vbi res propius introspecti-
tur, vos ipse delusæ estis. Oportet profectò viri-
li sis animo, omnibusq; illis quibus adhærete
possis, valefacias, aut certè nunquam perseue-
rare poteris, sufficiat tibi, si vel sola queas Da-
monum laqueos euadere. Rem tibi gestam com-
memoro.

memoro. Minister Sapientiæ die quodã egres-
sus foras, prædam spiritalem agere mittebatur,
erepturus ex dæmonum faucibus animã, eam-
que Christo reducturus. Præda illa, fœmina e-
rat instituti Monastici, quemadmodum etiam
tu es. Animum illa suum vano ac pernicioso
implicuerat amore, ad eò vt se inde extricare
non posset. Conabatur interim quasdam com-
minisci rationes, quibus sese tueretur: sed ea res
nullas patiebatur excusationes. Vbi igitur ex
Ministri salutaribus adhortationibus intus
moueri ac vrgeri cœpit, vt eiusmodi studijs nũ-
tium remitteret, Deoque soli adhæreret, spre-
tis perniciosis hominum amicitijs, maligni
spiritus ea se præda rursus nudari cernentes,
mirè eam diuexare cœperunt, ipsamque suã ab
hominibus quos malè amauerat, auersionem
admodum illi grauem & molestant reddide-
runt, ad eò vt ingentem in suo pectore mon-
tem sibi ferre videretur. Ea nocte absolutis no-
cturnis precibus, in visione Minister sibi vide-
re visus est grandem turbam immanium auiũ
ad cubiculum suum perstrepare ac ferocire,
quorum erat mira deformitas, & aliæ ab alijs
habitudine differabant. Itaque præ admiratio-
ne extra fenestram prospiciens, inuenem quen-
dam propius ipsi assistentem sciscitabatur, cu-
iusmodi illæ essent volucres, quænam illa ef-
fet peregrina concio. Respondit iuuenis, eas o-
mnes non nisi dæmones esse, qui præ ira insa-
narent, ac furerent, quod personam illam ip-
sos deserere animaduertent, atque ea de cau-
sa id loci sursum deorsum volitare, vt eius sa-
lubre perturbent propositum ac institutum, &

visio mirabi-
lis.

Psalm. 6.

Nouello Christi
si tyroni
quanta afa-
critate sit di-
micandum.
Psalm. 30.

Magno cum
fructu tenta-
tionibus re-
fisti.

ad pristinam viuendi rationem reuocent. De-
inde ubi cœpit aduentare dies, mox arrepto
calamo scripsit Minister illi filix suæ in hanc
verba: *Viriliter age, &c.* Cùm enim strenuus ac
honestus miles vel nobilis seruum suum pri-
mò in arenam adducit, alacriter eum compellat,
dicens: *Quæso te, viriliter age, geras te fortiter,*
probè decerta: *Ne tibi animus in pedem concidat,*
vt solet ignavis: *Satius est honestam obire mortem,*
quam in honestam vitam vivere. Vbi primum
superâris impetum, deinceps leuius habebis.
Eundem in modum Prophetæ regius DAVID
CHRISTI strenuum tyronem & volentem &
debentem sese in suæ conuersionis exordio
à rebus caducis & temporarijs abiuungere,
hac ratione alloquitur: *Viriliter agite & confortetur*
cor vestrum, *omnes qui speratis in Domino.*
Quod etiam in primis tibi necessarium est
filia, vt videlicet immota persistas, nec morem
geras fallaciosis diaboli persuasionebus.
Durissimam quidem impræsentiarum molestiam
ac impressionem experiris, qua non poterit
vlla tibi euenire acerbior: sed si angustiam
hanc absolueris semitam, propediem ad amplissimos
& amœnos pertinges vitæ tranquillæ ac spiritalis
campos. Vtinam fauente Deo, pro te mihi liceret
in acie consistere, durosque & immanes, quos
in præsens excipit afflictum & tentationibus
impetum cor tuum, in maictus recipere: sed id
non absque tuo fieret detrimento & incommodo.
Ita nanque non posses vernantem illam referre
palmam, quam cum alijs Christi militibus, si
viceris, in perenni beatitudine feres. En quot
modò iaculis cor tuum

tuum appetitur ac configitur, tot gemmas pre-
 ciosissimas in tua geres corona. Itaq; filia cha-
 rissima fac viriliter te geras, & confortetur cor-
 tuum, acriterque cum hoste configas. Momen-
 taneum est quod pateris, ac merces erit sempi-
 terna, sic te geras, quasi nec videas quippiam
 nec audias, donec primum hunc spiritualis ty-
 rociniij tui impetum superes. Post grandes tem-
 pestates plerunq; serenior existit dies. Memi-
 neris, oro, per plures alias longè te & nobilio-
 res, & iuniores, & delicatioris, in eodem versa-
 tas certamine, & hostes omnes summa cū laude
 profugasse, atque ex ijs nonnullas in eo confi-
 ctu non parum diu perstitisse, & atrocissimas
 demonum impugnationes sustinuisse, quod
 nunc eis maximam adfert animi voluptatem.
 Agè igitur filia tuam mihi porrige manum, in-
 mirarisq; fortiter non mihi, sed præpotèti Deo,
 cuius causa in hoc te certamen coniecisti. Id ti-
 bi planè persuadeas, non posse eum vnquam te
 deserere, si tu illi te totam possis permittere &
 confidere. Duo sunt, quibus ceu adminiculis
 quibusdam facile cuncta superabis. Primum
 est, ne cuiquam applaudas vel auscultes, neque
 illum præbeas auditum, qui te vlla velit ra-
 tione à salubri proposito auertere. Alterum,
 ne plus satis affabilem & vrbānam te præbeas,
 nec venenatæ cordis tui aspidi lingua blandi-
 loqua & plausibili obsequaris. Mihi potiùs
 obtemperes. Siquidem eam nolis cras iterùm
 reuolvis ad te mæandris irrepere, caput eius
 penitus conteras, idque agas celeriter ac arte
 quadam. Nam si cauda sola eam velis appra-
 hendere, strictiùs adhærebit tibi, & morsibus

P 4

acrio-

Quibus duo-
 bus omnia
 facie supe-
 rentur.

Qua ratione
syro pirita-
lis & hostiū
machinas om-
nes euerte-
re, & duras
animi com-
pedes effrin-
gere valeat.

Matt. 6.

Quanta dili-
gentia sit ni-
mia familia-
ritas ac ami-
citia, inter te-
xu maximè
differentes,
præcauenda.

acrioribus tete infestabit. Itaque omninò ve-
lere eos iubeas obfirmato prorsus animo, quo
quot hætenus animi tui pacem tam fallaciter
& infidiose perturbarunt Fugas ad De v m: de
quantum volent campanas omnes aduersum
te concrepare ac insonare sinas. Noli vel semel
respicere. Hac ratione machinas omnes hostiū
breui conteres, & duras animi tui compedes ac
vincula subtiliter euades. Verum vt ad tere-
uertar filia, (hætenus enim partim commemo-
raui tibi ea, quæ memorata virgini scrip-
seram) est quippiam, quod tibi significare vo-
lim, sed vt placidè id feras, obsecro. Equidem
in te animaduerti, nondum satis firmam & sta-
bilem te De o inhærere, quod ad sensus atti-
net, neque forti animo cunctis te etiamnum
valedixisse. Atqui vnum è duobus vt eligas
necesse est, vt vel careas, vel perfruaris: vt vel
amittas, vel habeas: alioqui nunquam rectè
constituta eris. Potestne quisquam duobus ser-
uire dominis? Minimè gentium. Ergò saltem
fac virilem, sicque fiet vt salutem consequaris,
& in bono perseveres. Ex animo hominem il-
lum repudies ac excludas. Scis quid velim: nec
quicquam omninò admittas commercij, quod
in eiusmodi perniciofa amicitia possit incide-
re, vt est, amicum velie præsentem habere, aut
crebris eum compellare nuncijs vel literulis
aut munusculis: nec quenquam hinc te patia-
ris vllis vel minis vel blandimentis abducere.
Constanti ac præfracto animo illorum fami-
liaritati & contubernio nuntium remittas,
qui ad eiusmodi negocium suo vel consilio
vel auxilio te promouere ac pellicere nitun-
tur.

tur: aut qui eam viuendi rationem adhuc colunt, quam tu iam DE O fauente & vis & debes abijcere: tales enim absque vlla ambiguitate presentissimum tibi toxicum sunt, vt etiam ipsa minimè ignoras. Caue ne vnquam extra tuum proficiscaris aut euageris cœnobium, neque caluas quasdam aut friuolas comminiscaris causas, quæ necessitatem quãdam foras expatiandi præ se ferre videantur. Nomen DEVS, nõrunt & homines, quid tibi inde periculi ac detrimenti acciderit. Hæc tibi continua sit cura & occupatio, vt vitam male actã penitentia expies & emendes, vt à multimodis libereris vitijs & defectibus tuis, vt denique cû tremendo illo iudice DE O redeas in gratiam. Certè non est vt putes satis te tuo defunctam officio, si vix summis labris spineolum attingas. Durè tibi corpus castigandum est, lingua librica refrenanda, animus vagus ac dispersus ad sese reuocandus, ne cor tuum nihil differat à capona vel taberna diuersoria aut cœnopolio, quo se quilibet conferre potest, licet quicquid libet aut effingi potest. Facessat proculq; discedat ab animo tuo, quicquid eiusmodi vitiatorum est, aut reuerà nunquam poteris laudissimo DE O ac Domino tuo perfrui. Fac memineris, illum te sponsam sibi delegisse: daque operam, ne ad extremi mancipij vel vilis ancillulæ conditionem deuoluaris. Vale.

Quam periculolum sit religioso extra cœnobij limites euagari.

Quam serio te quis conuenire debeat.

OTV
40



*De ineffabili gaudio, quo Angelos angelicosq; homi-
nes afficit conuersio peccatoris.*

EPISTOLA V.

Ecc. 15.

EXultet iam Angelica turba cælorum,
In Etangelio Dominus testatur, gaudium
esse angelis in cælis *sup* vno peccatore peni-
tentem agente. Porro angelorum lætitia, cælestis
iubilum est. Peruenit quandoque ad notitiam
Ministri Sapientiæ fœmina quædam mirè for-
mosa, adeoque omnium grata & plausibilis o-
culis, vt multi ex ea sauciarentur: in tantum
adspicientium animos ad se rapiebat. Dolebat
id Ministro Sapientiæ, optabatq; summo opere
tanta animarum præscindere scandala, eamq;
trahere ad DEVM vt inde DEVS laudaretur,
atque eius personæ angelus, alijque omnes An-
gelici spiritus exhilararentur, & homines coo-
rigerentur. Itaque totum se contulit ad ro-
gandum DEVM pro illius conuersione, atque
speciatim precibus pulsauit beatissimam DEI
Matrem semperq; virginem MARIAM, stel-
lam maris lucidissimam, rogans eam & obse-
crans sedulo & perpetim, vt eius fœminæ Mit-
do huic plus satis deditum animum & pectus,
densissima vitiorum obstrum caliginis illustra-
ret, atque à noxijs abstractam, ad DEVM per-
traheret. Exaudiuit illa precantem, præstataq;
est Mundano illi pectori ea gratia, ita vt subito
sefe atque ex animo couerteret ad Deum. Que-
res tantam Ministri animo aduexit læticiam,
vt quasi cælesti quodam iubilo percitus, hanc
illi

Minister Sa-
pientiæ, vt a-
nimabus ye-
nondis inlu-
dauerit.

Preces iusti
assidue quam
efficaces.

illi personæ Epistolam scriberet. Deinde multo iam elapso tempore, cum ex omnibus suis literis pauca hæc extraheret, atque alia omnia breuitatis causa omitteret, vbi ad hanc ventum est epistolam, cogitare cœpit nihil eam nisi iubilum quoddam cæleste complecti, atque ea re si homines animo sterili & duro corde eam legerent, prorsus inspidam illis fore: ea de causa etiam hanc ipsam epistolam reiecit. At mane sequentis diei, qui erat octauus sanctorum Angelorum, in visu spiritali per plures Angelici spiritus habitu & forma egregiorum iuuenum illi apparuerunt, obiurgantes eum, quod eam aboleuisset Epistolam, hortantesq; ut denuo illam conscriberet. Quod & fecit, ita eam inchoans: Exulter iam Angelica turba cælorum, &c. Illucescente ac irradiante clarior illa illa maris splendidissima M A R I A, dispellenteque atras cordis mei tenebras, lætus & iacer eam salutari. Eadem hora certe optatissima, in vocem exultationis fortiter prorupi, aced ut in sublimi resonaret, dixiq;: Ave præclara maris stella, ex inexhausto omnium te amantium affectu. Inuirabam simul qui mihi apparuerant adolescentes Angelicos, ut eandem illam serenissimam maris stellam iucundis & iocundis vocibus salutarent, dulcissimam, inquam, & præclarissimam cælorum reginam, quæ splendidis ac luculentis radijs suis antedite femine cor illustrârat, posteaquâ id precor apud eam impetrare cœpissim. Excelsus animus meus amplissimas deferebat laudes in illam cælestem Ierusalê, obsecrabatq; eximias philomenas & dulces alaudas camporum

cæle-

OTW

40

cælestium, vt mecum pariter Dominum laudibus ueherent ac celebrarent. Leuabam sursum oculos pleno corde, dicebamque: Exultet iam Angelica turba cælorum. O si quid vnquam triste vel aduersum pertuli, id illic omne profusus euauit, versabat in aureo seculo, purabam me in vernantissimis cælicæ amœnitatis & incunditatis pratis volitare: aiebamque: Letamini præclarissimi Angelicorum spirituum ordines, qui in cælestibus degitis pascuis, iubilate, exultate, & psallite ob allatum incundissimum nuncium. Quæso cum admiratione adspicite: filia perdita reuersa est, filia mortua inuenta est: quæ iam emortua erat, ad vitam redijt & reuixit: pratium illud natium, matrum florum amœnitate vernans, quod iumenta depascabant, supernaturali quodam decoro reuiuiscit: profligata inde sunt iumenta, flores gratissimi certatim erumpunt, aditus & ostia præclusa sunt, fundus amissus suo possessore redditus est. Itaque vos cælorum organa musica, vos cælestes citharædi noua depromite cætica, vt per omnes vicos supernæ Ierusalem longe lateque resonent ac percrebrescant. Quæso hoc ipso exultate cumulatius, quod impudicissimæ Veneri Gentilium deæ, ipsum eius cor extractum est, præcepta ex eius vertice auulsa corona florea, amica alijs ad turpes illicitiendos amores aptissima, prorsus obmutuit. O Munde fallacissime. O amor caduce, impure, ac fallaciose, depone iam ceruicem. Ecquis te deinceps prædicare velit? Quem post hac tuis poteris implicare fraudibus, qui perinde sit ammicabilis, vrbanius, & ad tua studia appositus.

Luc. 15.

En vernans ille ramusculus tuus, quod quidē ad te attinet, iam emarcuit: at eo ipso in diuinum quendam ac spectatu dignum transijt ramulum: vnde lætantes cæli omnes & quotquot DEVM feruenter amant, laudes Deo gratiasq; agunt, dicentes: Gloria tibi Domine, qui ^{Psal. 71.} facis mirabilia magna solus in tot flagitiosis, deploratis ac desperatis hominibus. Quamuis enim o dulcissime ac præpotens Domine in cunctis operibus tuis & laudabilis sis & amabilis, attamen multis modis tum laudabilior tum amabilior videris nobis præsertim miseris peccatoribus, quos ad o citra omne meritum tua prosequi misericordia, tibiq; attrahere dignaris. Nimirum sanctissime Domine præ omnibus operibus tuis id te vel maximè de- ^{Deum quid maximè de- ceat.} cet, tuæq; benignitati id præcipuè congruit: In euiscemodi facto tuo ferreus exactissimæ iustitiæ tuæ mons quasi scinditur ac perrumpitur. Venite iam & ad me accedite, quotquot eiusmodi Dei beneficio potiti estis, simulque contemblemur & honoremus, laudibus & præconijs efferamus immensam illam benignitatem amantissimi Domini ac indulgentissimi Patris nostri. Eia mitissime DEVS, cerne (obsecro) rem omni admiratione dignissimam. En quæ dudum amplexabantur stercorea, te hodie fragrantissimo cordis affectu diligunt & complectuntur. Quæ heri alios perdebant ac pervertebant, hodie suavissimum amorem tuum alijs prædicant & loquuntur. Mirum profectò est, & auditu iucundum, vt quæ prius sese præmeritudine ferre vix poterant, iam sibiipsis multa subtrahant ac interdiciant, nouosque ^{Quanta Deï bonitas in verè conuersis operetur,} magni

magni rigoris & asperitatis internarumque
 tui laude exercitationum effingāt modos, qui
 te purē ac integrē sibi concilient: quæque in
 medio, sui corporis detinebantur amore, iam
 lud velut hospitis ac peregrini loco habeant
 & quæ hactenus omni studio sese componunt
 ac exornare solebant, vt tuo renuntiarent a
 mori, id modo vnice sitiant & concupiscant
 quo possint placere tibi: atque quæ ante velut
 lupi sæuissimi furoris ac iræ stimulis agitabatur,
 nunc ceu ouiculæ mansuetæ, ad iniurias
 liant dissimulentque: & quas pridem misera
 conscientia diræ repræhensiones acri dolore,
 tristitia & angustijs velut ferreis quibusdam
 vinculis obligatas premebant ac onerabant,
 iam alacriter sese vltra omnia, quæ possunt
 præstare Mundus, magna & fidenti expecta
 taque animi libertate erigant transferantque,
 & in illam vsque cælestem patriam iucundis
 simis ac liberis mentibus subuolantes, mirentur
 & stupeant ad eò se erga teterrimam fallaci
 cissimi amoris Mundani noctem oculis & me
 te capi potuisse. Equidem mi Domine quod ce
 lim legeram, hinc iam reuera comperio, nempe
 vbi corpus ad spiritum, & bona indoles sine
 benè constituta natura ad æternitatem accom
 modatur, magnam inde flammam suauissimi
 amoris tui existere. Hæc reuera est Domine le
 su mutatio dexteræ tuæ: hæc sunt, Domina &
 Regina cælorum, opera inexhaustæ pietatis
 tuæ. Sed audi nunc filia in CHRISTO charis
 sima, vt tu & ego nostrique similes, erga omni
 potentem Deum nos gerere debeamus. Ita pro
 fectò deinceps vitam instituere atq; exigere de
 bebemus

Psalm. 76.

bemus, vt nemo possit DEVM nobis eripere, atque eum in modum nos geremus, quemadmodum faceret ancilla culinaria, si eam rex potens & inclutus, suæ reginæ prætulisset. Haud dubiè ingenti ea regem gratitudine prosequeretur, amaret fidissimè, laudaret medullitùs, & quanto se cerneret indigniorem, tanto eum ardentius diligeret. Sic etiam nos, homines innocentes & à vitijs pueros superare & excellere comabimur: & si illi vno aliquo Dominum officio coluerint, nos duplo plùs faciemus: si illi simpliciter eum amauerint, nos illum vel milles amplius diligemus: atq; vt olim dum animi cecitate laboraremus, omnem nauauimus operam, vt omnium erga nos amorem prouocarem, ita posthac cunctos ad meliora incitabimus, Deoq; summoperè placere nitentur. Reduc, oro, in memoriam filia, quam gratum nobis fuerit annis illis superioribus, quibus Mundo dediti eramus, si quis nos præ cæteris laudasset, prædicasset, amore & intentione prosecutus esset, vt tum quidem ipsi nobis persuadebamus. Quam igitur bene nobiscum agerent, si nos summum illud bonum DEVS Opt. Max. amore, haud vulgari & intentione prosequeretur. Cogita quanto sæpè labore constitit, amico temporario potuisse perfrui, ex quo tamen, si verba spectes, aut parum aut nihil perunque oblationis vel recreationis consequi licuit. Quanto ergò iustius est, etiam Deicula aliquid laboris perpeti? Credo sanè æterna Sapientia, si te omnium interni obtutus cernerent, vti ego te intueor, caducum omnium amorem euestigid in illis extinctum iri.

Mirari

Religionem
professis quid
præ vulgari-
bus religiosis
incumbat.

Quam mag-
num sit am-
ari à Deo.

Mundanorū
varietas &
vafricies
quanta.

Mirari profectò satis nequeo Domine, (licet
quondam longè aliter affectus fuerim) posse
nimum cuiusquam vlla alia in re, quam in
vastissima abyſſo, acquieſcere. Et quare Deo
piſſime te miſeris illis non reuelas? Tam
fallaciſſimi ſeculi amatores quicquid in ipſiſ
ingratum, deforme, vitioſum eſt, ilicò abſcon
dunt: ſi quid verò fucata ac commenticia p
chritudinis habent, id foras produnt ac prob
runt, multumque dolent, quicquam in ipſiſ
fugere dilecti adſpectum: atque vbi ad am
ſim rem omnem expendunt, non niſi ſacco
ſtercoreos ſeſe eſſe reperiunt, de quibus mar
to poſſit cogitari: O ſi quis vel ſupremam vo
bis cutem detrahat, quam perſpicuè rei veritas
eluceſceret, quàm horridum eſſet videre mo
ſtrum. Tu vero præclariffima Sapientia, quod
in te amabile eſt, interim occultas, & exhib
quod moleſtum eſt. Proferſ, inquam, quod
cerbum eſt, retines quod ſuate eſt. Sed cur
facis IESV benigniffime? Liceat mihi Domi
ne cum bona venia tua vel verbulum vnum
proloqui: nanque continere me non poſſum.
O ſi tu me charum haberes. O ſi tu me diligereſ
IESV dulciſſime. O ſi tuus ego amicus eſſem.
Eſtne quiſpiam in terris, qui me pater à Domi
no IESV amari? Adſpirat eo anima mea: cor
meum exultat & agitatur, dum me vel cogito
abs te amari Domine. Vbi huius mihi in mentem
venit, tanto afficior gaudio, vt ſi quis me
do obſeruet, poſſit id in me animaduerrere.
Denique quicquid intra me eſt, præ læticia col
liqueſcit. Si mihi eſſet oprandi facultas, nihil
neque ſublimiùs, neque iacundiùs, neque oprandi
vult

ius possem appetere, quam vt singulari me amere prosequaris, atque ad me singulari quadam benignitate respicias. Id verò quis dubitet regnum cælorum dicere? Oculi tui nitidissimi Domine vincunt Solis radios: diuinum ac suavissimum os tuum cuicumque innotescit, rubentesque ac candidæ genæ tuæ tam diuinæ quam humanæ nature, ac ipsa denique elegantissima species tua longè excedit, quicquid vel optari possit in vita temporaria. Quanto purius ab omni materia disungeris, tanto iucundius ac amabilius immenso cum gaudio contempleris. Quicquid potest amabilitatis, decoris, pulchritudinis vlla ratione cogitari, id omne te dulcissime DEVS vltra modum omnem reperitur. Nihil iucundum, nihil gratum aut placibile vllò in homine potest intueniri, quod non purissima quadam ratione infinito copiosius & excellentius in te existat. Iam igitur mortales omnes videte, obsecro, & contemmini: *Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filia Ierusalem.* Papæ DEVS omnipotens, quam felix ille est, cuius tu amicus es, & qui in hac tua amicitia est æterno confirmatus. At tunc vale filia.

Sapientia eterna quo pacto iucundius menti hominis innotescat.

Cant. 5.

Vt mortem animo imperterrito excipere debeamus.

EPISTOLA VI.

Absolon fili mi, quis mihi det, vt ego 2. Reg. 18.
Amoriar pro te?

Quis, inquam, fili charissime, det mihi amantissimo

zissimo inCHRISTO patri tuo, vt moriar
te optimæ spei filio meo? Certè etsi corpore
licet mori, tamen corde moriar tecum Fi
cordis mei. Corpore quidem procul absum
te, sed animus meus adstat tibi moribundo
idque acerbis cum lachrymis: pijsque ac am
tissimis querimonijs. Quæso te, porrige ma
ægras manus tuas. Quod si ira visum est Deo
vt moriaris, firmiter retine fidem Catholicam
& lætus moriaris. Gaudeas pulcherrimam
nimam tuam (quæ est purus, rationalis,
Deiformis spiritus) ab hoc angusto, misero
gravi carcere absolvendam, ac deinceps
villo impedimento sua beatitudine felicissimo
perfruituram. Namque ipse Dominus ait: *Deus*
videbit me homo, & viuet. Vnum est, quod mori
tos inexpertos in morte perterrere solet, quod
mortem adfert acerbam & anxiam, id videlicet,
quod dum præteritos annos, dissolutam
& malè transactam vitam suam reducunt
oculos, grandi se debito DEO obligatos senti
unt, neque in illa hora satis perspiciunt, quod
ad id facere debeant. Sed hac in parte certè
tibi præstabo consilium, ex Diuinis literis do
pfa veritate peritum, vt hinc possis omnino
securus euadere. Siquidem in diebus tuis per
peram te vixisse nōsti, sicut pauci à vitijssimis
munus viuunt, inde non nimium in extrema
hora terreri debes. Postquam sacramentis Ec
clesiæ munitus es, si ea commode possis ob
tinere, CRUCIFIXI imaginem tibi ob oc
los statuas, eamque intuearis, & tuo apprim
pectori, atque in sanguinolenta immensa mi
sericordiæ eius vulnera te reclina, obsecra

Exod. 33.

Ratio cur
mortem mul
ti metuant.
Moribundo
pusillanimi
quid consilij
aut solatij
maximè con
ducat.

virtute sua cuncta peccata tua abluat pro sui
 laude & tua indigentia vel necessitate, ac de-
 inde fide mea securus esto iuxta Ecclesie Ca-
 tholicæ fidem, quæ nulla ratione fallere po-
 test, si id firmiter ira possis agere, à cunctis te
 medijs penitus absolurum esse, & hilariter
 posse mortem oppetere. Est insuper aliud quid-
 dam, quod in mortis hora considerare debeas,
 vi mortem ipsam eo magis possis contemne-
 re. Regio quædam est, cuius (vt fertur) ea
 consuetudo est, vt dum quispiam nascitur, o-
 mnes eius cognati conueniant, acerbosq; edant
 ploratus, & male se habeant: dum verò quis
 moritur, rideant & omnigenis sese recreet gau-
 diis: idque hac significatione, neminem scire,
 quanta homini miseria perferenda sit, atque
 dolent nascente homine: & quia ea morte
 moritur, gaudent homine moriente. Et reuerà si
 quis bene perpendat, hominis natiuitas, qua in
 hoc miserum editur Mundum, iure meritoq;
 mors dici potest, ob calamitates, miseras & la-
 bores illum manentes: contra verò mors cor-
 poris, meritò potest noua appellari natiuitas,
 quæ grauis & molesti corporis depositionem, &
 liberum in æternam vitam accessum & introi-
 tum. Qui oculos bene apertos habet ad hæc
 probe agnoscenda, is facilius moritur. Qui au-
 tem hæc videre non potest, is cum grandi que-
 rimoniam & angustiam, magnamq; incertam mortis
 arbitrare moritur. Vide, obsecro, quæ sit huius
 mundi calamitas, quæ cruces, quæ afflictiones,
 quæ angustia & necessitates vndique existant:

Catholica fi-
dei encomiū.

Thracū mos
peculiaris
quis,

Cur meritò
quis mortē
expetere de-
beat.

Q. & si

OTW
40

& si nihil aliud esset, quam metus pro corpore ac anima seruandis nos sollicitans, mutabilis que huius Mundi inconstantia, merito hinc exire appetere. Si quid cui prosperum ueniat, rursus decem tristitia & aduersa occurrunt. Multi sunt, qui, si quis ex eis sciscitandi dicitur, se nullum unquam in hac uita uisum duxisse diem. Mundus plenus est laqueis imposturis & infidelitate, nec quisquam alibi fidere potest: siquidem *omnes qua sua sunt perierunt*. Si quis igitur ea causa diutius uiuere appetat, ut plura sibi possit coacervare merita, quidem valde incertum est, utrum merita debita potius sibi cumulaturos sit. Absumptum multum praemij habet, quisquis iucundissimam societate perfruetur. Si mortis hora dolentia acerba est, tamen quandoque perferenda est. Nemo unquam a mortis lege exceptus est. Illi que qui non est hodie, cras forte multo magis aptus & paratus erit. Plerumque cum aetate iam peccata augentur multoque plures inueniuntur licet, qui deteriores quam qui meliores fuerunt. Si praesens mors amara est, at omnia amara ritudini semel finem imponit. Age igitur filii, cor manus & oculos in caelestem leuaueris, atque ex animi affectu eam saluta. Refige voluntatem tuam in DEI voluntatem, & liber hac in parte. Quicquid ille tecum agere uolet, siue sit ad vitam, siue mortem, id tanquam optimum de illius manibus accipe, etiam si hac uice fortassis non agnoscas. Noli timere, cum sancti angeli tibi assistunt, teque undique circumstant, & cito

Phil. 2.

Psalm. 44.

Modiurnum
crastino praesentare.

& circumuallant: & benignissimus atque misericordissimus Deus plus quam paterno affectu ex cunctis tuis angustijs te eripiet, si tantum illius benignitati possis confidere. Vale.

Literas hasce consolatorias postquam accepit is, cui scriptæ fuerant, exhilaratus animo, misit eas bis sibi prælegi: auditisq; tam pijs & fratribus adhortationibus, maiori sumpta fiducia, mortisq; terrore ac formidine superata, eam malè vexauerat, liberè se diuinæ permittit voluntati, & sancta morte obiit.

Ut se quis in externis officijs gerere debeat.

EPISTOLA VII.

CHRISTVS factus est pro nobis obediens usque ad mortem. Ad Phil. 2.

Quisquis id quod sit ex obedientia faciendum, detrectat, sibi ipsi molestam efficit vitam. Enimuerd vel parum aliquid si inuitus facias, longe est onerosius, quam multa quæ libenti animo exaquaris. Quando igitur officium tibi mandatum absque tuo studio & appetitione Deo sic ordinante (non est enim potestas nisi Deo, vt habes apud Apostolum) in tuos est coniectum humeros, ita illo utaris, vt nec Deus inde iniuriam, nec tu notabilem aliquam perturbationem incurras. Partium quietem expedit adeoq; necessarium tibi est, vt inuas fungaris hoc officio: in quo nimirum id ego euenturum tibi arbitror, vt vbi auxilio consilioque leuandum te sperabis, nihil nisi

Religiosus quisque qui suo sibi munere demandatis fungi debeat. Rom. 13.

Q 3 mære-

OTW
45

Officium seu
praelaturam
gerere, quid
sit.

Qui suo quis
muneri laici
faciat.

Quomodo sit
imperandum

Quanta dili-
gentia in sibi
commissis
in vigilare
debeat pre-
latus.

mœrorem & incommodum malumq; con-
lium reportes: atque ubi obediētes te habi-
rum subditos existimabis, rebelles & pro-
uos sentias. Quo fit, ut hac tempestate officij
dignita fungi, eisq; probè satisfacere, non
ocio gaudere, sed vitam miseram ac calamito-
sam vivere. Agè igitur recipe crucem hanc
humeros tuos, id què illius amore, qui tua
sa gravissimum quondam crucis pondus in-
recepit, submittasque sponte animum quo-
doquidem ita exigit voluntas eorum, quibus
est parere necesse, neque tuam vel imbecilli-
tem vel imperitiam opponas. Siquidem ubi
feceris, quod optimum esse perspexeris, bene-
rit tuo defunctus munere, etiamsi non sit
optimum. In omnibus semper potior tibi con-
sit Dei, quam emolumentum vel commodum tem-
poralis: nec permittas unquam, modo effu-
re queas, ut vlla ex tibi commissis ouibus
quod animæ suæ detrimentum vel scandalum
patiat. In obseruandis illis, quæ Monachis
exigit vita, communis esto, ita videlicet,
amici æquè ac inimici iugum religionis ob-
rant. Hoc nanque pacem conciliat. Eos qui-
tate sunt iuuenes, in disciplina serues: quibus
quidem malè educata iuuentus, vitæ religio-
se exterminium est. Serius eris & grauis, sed
citer tamen ac comiter, magisque amari de-
bis operam quam timeri, ut quæ iusseris, potius
ex amore fiant quàm formidine. Quæ
vires excedunt tuas, superioribus exponi
Vbi mordere non licet, saltem latratus quod-
dam edas. Si monasticæ vitæ disciplina
non potest modis omnibus perfectam effici-
re, ut

re, vel id tamen cures, ne deficiat, nec graue aliquod sub te detrimentum patiatur, neve irrepar aliquid in grandem illius perniciem. Vellem antiquam & laceram si sarcire nolis, breui tota corrumpetur. Vbi spiritalia negliguntur, cito etiam temporalia pessum eunt. *Qui spernit modica, paulatim defluit, & labitur in maxima.* Subditis tuis bona semper exempla præferas, plusque factis eos doceas quam verbis. Vnum est, quod præfracto animo perferre necessario debeas, vt vbi præcipuam qualibet in re nauâris operam, alij id pessime interpretentur: & quibus vel maximè gratificare ac inferuire studueris, illi omnium in te ingratiissimi sint, maximeque maleuoli. Non potest quisquam æquè placere omnibus. Quod si cunctis placere voles, DE V M & veritatem non poteris non offendere. Improborum maleficientia, bonorum laus est. Da operam, vt intra cœnobij parietes mala contubernia vel prauam sodalitatem, foris autem perniciosam amicitiam totis viribus dissipes. Fac quod poteris, & securus eris. Væ autem cœnobio illi, vbi duo hæc negliguntur. Id nane primò quidem pacem amitti suam, dein- de verò etiã ignominia notam incurrit. Sed dices fortassis: Ego si sic agere velim, mox sequeretur perturbatio. At ego, Felix, aio, illa perturbatio, quæ sempiternam efficit pacem. Vtilis, qui hæc negligunt ac dissimulant, vt sua possint pace gaudere. De quibus vtrique Hieronimus ait: *Et curabant contritionem filia populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax: & non erat Pax. Sua venantur commoda, delectantur honore*

Q 4

Eccl. 9.

Præsto quid potissime ferendum.

Quæ duo cœnobijs vix minentur.

Turbatio quæ pace melior.

Hier. 6.

OTW
45

nore temporario, eumque totius monasterii honestatis iactura mercantur. Sed vae illis: receperunt enim mercedem suam. At tu fili horum non sectaberis exempla. Quæras potius & spectes Dei honorem, laudem & gloriam: sicut ipse Dominus IESVS vsq; adeo patris gloriam quesivit, vt ea causa se passus sit in crucem suffigi. Nimum querulus es: & tamen necdum ex acceptis plagis cruor per ora decurrit, quod admodum sanctis olim martyribus accidit. Priscis temporibus non nisi optimi quique cordatissimi viri ad huiusmodi officia delibebantur, non qui sua quærent. Velles te quiete & ocio posse perfrui meditando contemplatiue gratia. Sed D. Gregor. sententia est, eum qui præsit, & actioni & contemplationi debere posse satisfacere, ita vt res postulauerit. Atque cum ad hanc necdum prohdolor perfectionem pertigeris, tuam interim ob oculos versa exigitatem, & superbiam summoperè deuita. Cogita quis sis, & quam breui prorsus in puluerem redigendus sis. Itaque cum es reprehensurus aliquem, prius te ipsum obiurges. Studiose in eam incumbas curam, vt vincas in bono malum. Satanas satanam non expellit. Ex miti & mansueto corde tum lenia, tum dura verba proferas, prout causa exegerit. Diuinum ante omnia cultum vel maximè promoueas. Netti ipsius sis immemor: sed crebrò per diem ad rete redeas, & intrò te recipias, speciatim verò duabus vicibus, nempe mane & vespere, atque interim, rerum ac negotiorum externorum oblitus, sursum ad DEVM te erigas, doloresque omnes & afflictiones tuas ex illo recipias, illi causa

Gregor.

Rom. 12.
Luc. 11.

causa feras, & cum illo ac per illum superes, id-
 que facias suauiter & quodū recreationis mo-
 do. Poteris hoc pacto vna horula rotius diei
 molestias deuorare & obliuisci. Perfecta vita
 non in eo potissimum sita est, vt consolatione
 abundes, sed vt voluntatem tuam diuinæ per-
 mitas ac resignes voluntati, tam in amaris
 quam dulcibus, humilique obedientia te submit-
 tas homini Dei erga te vices gerenti. Hac ratio-
 ne pluris ego fecerim talem animi siccitatem
 & ariditatem, quam extra hanc, sui abnegatio-
 nem, quantumuis profusam, & præ deuotione
 colliquescentem suauitatem. Id quod satis cō-
 firmat præclarissima filij DEI obedientia, que
 in aridissima siti & acerbitate consummata est.
 Nec tamen hæc ita dicta sint, vt (quod multi fa-
 ciunt) recte ad officia offerre debeas: sed vt im-
 positum tibi iugum moderate feras, & pro vi-
 ribus agas quicquid poteris. Nam si hæc tibi
 non esset imposita crux, fortassis alia longè de-
 terior accidisset. DEVS omnipotens, quem in-
 tentione spectas, quique tibi hanc admouit
 crucem absque tuo studio, poterit haud dubiè
 ad præcipuam salutem & suam gloriam, eam
 dirigere ac moderari. Vale.

Perfectio que
 in quibus cō-
 sistat.

Matt 27.

OTW
 40

*Vt in diuina dulcedinis affluentia agen-
 dum sit.*

EPISTOLA VIII.

Annunciate dilecto, quia amore lan-
 gueo. Cantic. 5.

Pulchra col-
 latio.

Si quispiam cellam vinariam residens, pro
 Q. 5. VOTO

voto bene potus esset, atque alius in sterili potius campo ad asperam recubaret iuniperum, ficis que faucibus illius grana carperet, ut a grè affectis mederetur, compelleretque vino madidus siti arescentem, ut suaves citharæ modululos, qui solent in tabernis adhiberi, auscultaret, non absque stomacho is illi responderet, Iure tu ebrius crederis, qui perinde omnes affectos esse putas atque tu es. Equidem longè aliter affectus sum: non pari usu sumus daphide. Plenus stomachus facile caput subrigit & exhilarat. Hunc in modum videor mihi filia charissima te compellare posse, postquam gratissimum ad me perscripsisti nuntium, flagrantissimam in tuo corde accensam facem sitientissimi & feruentissimi erga æternam sapientiam amoris, & ut nouam illa lucem & inusitata ac incomperta intra te mira operetur, in quibus cor tuum suaue senserit vulnus, blandumque dolorem ac amorosam liquefactionem, denique & excessuum quoddam experimentum vel mentis excessum, unde nihil possis verbis proloqui: optasque à me institui, ut in his erga DEVM amicissime te gerere, & cuiusmodi erga hæc mira exhibere te debeas. Crede mihi filia, ineffabili me gaudio afficit, quòd tam blandum & amicabilem se DEVS exhibet: cuius iam & tibi ipsi & quibusdam alijs certum præbet experimentum: qua de re sæpius dixisse me certus sum, nimis quàm suauem & amabilem eum esse, utque id omnibus æque ac mihi exploratum foret, libenter me velle eius sensibili gratia fraudari. Equidem plus satis stupeo tam paucis eò te

pertigisse annis. Sed id effecit integra illa ad Deum conuersio, & perfecta à rebus caducis omnibus auersio, atque etiam seria illa strenuitas, & corporis afflictio ac castigatio, quibus expleti ac pessum prestisti veterem, & cuncta penitus proculcasti. Vbi quis primum vinum bibit, sapit id illi gratissimè. Ita & tibi iam euenisse puto ex sincero, præclaro ac mellitissimo æternæ Sapientiæ amore, qui te tam efficaciter penetrauit ac superauit. Porro nihil ego aliud id significare arbitror, quam inuitare ac prouocare te velle DEVM, & propediem inexhaustum illum euocare fontem, cuius tu nunc guttulam quandam percepisti, aut certè suam hinc in te velle declarare mira ac stupenda opera pro sua immensa benignitate. Itaque in his ita te geras, vt eius obserues voluntatem, nulla hinc propria captans oblectamenta. Non est sanè quod his formides. Omnia ex DEO profecta sunt, & sunt Dei quidam ludus in anima: recteque agitur, & ita est vt esse debet. Attamen virium corporis rationem habere ne omittas, ne hæc nimium te absumant. Fieri poterit, vt vbi hæc nonnihil processerint, rursus tibi vtilius auferantur, & ad perfectiora traharis ac proueharis. Visio illa iucunda, quæ tibi Dominicæ natiuitatis nocte præstita est, qua vidisti, quam luculenter æterna Sapientia modo quodam festiuo & plausibili cum Ministri anima coniuncta foret, manderetq; illi meritò sese hilarem & alacrem præbere, vt posset Sapientiæ Ministrum: ea, inquã, visio altos meo ex pectore extorsit gemitus. Neque enim hac ego me gratia dignum puto: sed

hæc ab illa
causa sed
fuit

Discretionis
quanta vbiq;
ratio habenda.

visionis iu-
cundæ recessio.

OTW
45

Alterius ad-
huc iucundi-
oris.

sed videor mihi seruus esse conductitius Do-
mini mei, qui accinctus per densum profici-
cor lutum, omnem nauans operam, vt mise-
ros ex cœno vitiosæ vitæ extractos, ad amœna
perducam loca: meritoq; sufficere mihi debeat,
si vel arundineum mihi præbeat adminiculum
in manum. Est tamen quod silentio præterire
non ausim, nempe sæpè eum luculentam illam
in me celebrasse auroram, quando cantari de-
buit ad Missæ initium festiua illa cantio de
splendore Paternæ gloriæ, ipsa æterna Sapien-
tia, videlicet, *LUX FVLGEBIT, &c.* Erat ma-
ne illius diei Minister in sacello suo, & exte-
riorum sensuum quadam potitus requie & trā-
quillo silentio, per visum in quoddam sibi tē-
plum adduci visus est, vbi Missæ sacrum decan-
taretur. In eius templi choro vel adyto frequē
erat cœtus cœlestium spirituum, quos eo De vs
miserat, vt cœlicum quoddam modulatis vo-
cibus carmen concinrent. Id quod illi tum
fecere, nouam quandam & longe suauiſſimam
succinentes melodiam, cuiusmodi nunquam
ille audiērat: eiusque tanta erat dulcedo, vt sibi
videretur totus animo præ intimis gaudijs col-
liqueſcere. Speciatiim verò *SANCTVS, SA-
NCTVS, SANCTVS, &c.* tam celebriter decan-
tabant vt & ipse vna cum illis caneret. Dein-
de vbi ad dictionem illam, *Benedictus* qui ve-
nit, peruenit, voces Angeli mirificè exal-
tabant, atque tum simul etiam Sacerdos Chri-
stum leuabat, quem Minister cum submissa er-
ga verissimam tum Diuinam tum corpoream
illius præsentiam veneratione respiciebat,
videbaturq; ipsi quiddam amicabilis ac intel-
ligibi-

ligibilis splendoris ex illo ad ipsius animam
 proficisci, quod quidem nulla possit lingua ex-
 plicare, atque interim cor & anima Ministri
 nouo quodam ac flagrantissimo desiderio &
 intima luce vsque ad eum complebatur, vt cun-
 ctis omnino viribus destitueretur. Erat id per-
 inde, ac si cor cordi nuda quadam ac intelli-
 gibili ratione coniungatur: atque ita anima Mi-
 nistri in tacum colliguescebat, vt nullam pos-
 set illi corpoream accommodare similitudinē.
 Atque dum ita viribus destitueretur, & debilis
 appareret, subrisit cælestis ille iuuenis iuxta eum
 assistens, quem tamen minime agnouerat. Ita-
 que ridentem illum sic affatus est: Eheu quid i-
 ta rides? Cernisne præ amoris vehementia iam
 iamque viribus me destitutum iri? His dictis in
 terram collapsus est, perinde vt solent qui præ
 debilitate deficiunt viribus: dumque collabere-
 tur, ad se redijt, & aperiens corporis oculos,
 sensit eos lachrymis madidos, & animam suam
 luculenta completam gratia: deinde ad altare
 processit, vbi corpus Domini seruabatur, taci-
 tusque eam succinebat melodiam, Benedictus
 qui venit, &c. etiamnum in eius anima reso-
 nantibus supradictis Angelicis & spiritualibus
 vocibus ac sonis. Bene vale.

Vt ad cordis pacem pertingatur in Deo.

EPISTOLA IX.

[**N**omnibus requiem quæsiui. Eccl. 24.
 His verbis Sapiens quidem homines er-
 raticos docet, vt inter incertos vitæ labentis
 cursus

Veritas sua-
ptè natura
simplex &
nuda est.

Flagrantia
diuini amo-
ris quid in a-
mantis agat
affectu.
Gen. 12.

Deus vt amā-
tes animas
sibi conglu-
tinet.

cursor ad pacem pertingere debeant, quoad e-
ius fieri possit. Veritas quidem in seipsa sim-
plex, nuda & expedita est: sed ex ipsa natura
ita comparatum nobisque inditum est, vt per
similitudines quasdam eam capiamus, donec
corpus hoc corruptibile exuamus, & repurga-
tus intelligentiæ oculus, in æterni solis axem
immota acie defigatur. Interim velut cæci,
quidam palpamus ad parietem, incertum ha-
bentes vbi vel quomodo veritas reperienda
sit: & licet ipsam iam teneamus veritatem ta-
men vix certi sumus nos verum affectos, ni-
hil ab illis diuersi, qui rem inquirunt, quam
manibus retinent. Neque est mortalium quic-
quam in hac vita temporaria, qui penitus ab
hoc modo immunis sit: siquidem peccati ori-
ginalis reliquæ sunt. Pro meo sane iudicio
nimæ Deum quærenti id foret optatissimum,
scire quidnam potissimum ab ipsa exigat Do-
minus, vt illi se gratam placitamq; exhiberet,
quomodo illius singulari quodam amore &
familiaritate perfrueretur. Sæpe nanque ani-
mus DE I amore impensius flagrans, eò addi-
citur, vt mortem cupiat perpeti, quò in euentu
vel re qualibet huius possit perspicuam ac dis-
cretam habere notionem. Hoc desiderium pa-
triarcham Abrahamum compulit egredi è ter-
ra sua & cognatis suis, quâuis nesciret ipse quò
pergeret, Deumq; longius quæsiuit, vt propè eum
inueniret. Idem ipsum electos omnes à mundi
exordio in hanc vsq; diem incitauit ac permo-
uit, nec permouere ac vrgere desinit. Ille namq;
amicus omnium suauissimus, fortius ad se ra-
pit amantes animas quam adamas vllus ferru,
ligat-

ligatq; & stringit tenacius quam vel mille funes. Felix ille & nimium felix, qui illum inuenit, nec ab inuento vnquam aueritur. Incidit hic iam animo meo sententia quaedam, quam olim legisse me memini, cum naturali philosophiz darem operam, sed minimè tunc, quid sibi veller, assequerbar. Erat autem sententia eiusmodi: Præclarus ille princeps principum simplex illa essentia mouet quidem omnia, sed immota in se permanens: ita mouet, vt decet amicum longè desideratissimum: præstat cordibus vt properent, affectibus vt cursitent. estque in se tranquillus & immobilis vt scopus quidam, cui inhiant & quò tendunt res creatæ omnes. Sed tamen non vna cunctæ ratione trahuntur, & tendunt. Cælum quidem facit immensos efficere circulos, ceruis cursum præbet celerimum, falconibus volandi pernicitatè. Quorum omnium licet non vnus sit modus, ad vnum tamen finem properant, qui est essentia ipsorum ex primi entis scopo profluentis conseruatio. Idem cernere licet in magna illa amicorum DE I hoc summum bonum participantium differentia. Quidam nanque ex eis cum ingenti currunt vitæ austeritate. Alij cum meta properant abstractione & secessu ab hominibus. Alij cum sublimi volitant contemplatione, singuli quique ita vt trahuntur à DEO. Quid verò ex his optimum & compendiosissimū sit, non potest ex scripturis certo cognosci. Quid verò singulis quibusque priuatim ac separatim compendiosus sit, prout cuiq; cōgruit ac expedit, nec id quidem facile dici potest. Sed probare omnia, vt Apostolus ait, & per sese experiri,

Scopus entis
omniū quis.

Quanta ami-
corum Dei
differentia.

1. The 1.

OTW
25

Gregor.
Dionysius.
Exercitatio
quæ quid cõ-
ferat.

Paradigma &
epophteg.
malopidum

Discretionis
quantus vbi-
que sit vsus.

Eecl. ii.
ioan. io.

experiri, vt D. Gregor. inquit, ac diuinitus il-
lustrari, quod D. Dionysius habet, ea nimirum
admiraculo sunt homini, vt possit tranquilli-
tate animi & quiete potiri. Corporalis exerci-
tatio confert etiam nonnihil, si non sit nimis
at vera in omnibus tum certis, tum incertis re-
bus resignatio suã, in sup̄mi illius omnia sibi
entis DEI voluntatem, hominem proculdu-
bio extra casus & pericula omnia eripit, atque
in omnibus vera eum facit pace gaudere, si
modò illis rectè atque ordine vti nõrit. Quis
nonnihil susceperat ad DEI gloriam exequẽ-
dum Interrogatus num sciret velle Deum vti
ageret, respondit: Minimè. Immodò, ait, nec scire
id velim, Malo esse nescius. Si nanque id scire-
rem, nimia inde secundum spiritum delecta-
tione fruerer: at nunc moriendũ mihi est. Ho-
mo sapiens non debet in occupationibus ex-
ternis tua interna abijcere studia: nec in inter-
nis penitus recusare externa, sed in actionibus
externis operam dabit, seseq; occupabit sanctis
quibusdam desiderijs, vt celeriter ac breui in-
trò reuertatur: rursusque in exercitijs internis
ita erit animo resignatus, vt possit etiam exter-
nis negotijs vel occupationibus satisfacere, v-
bi id tempus & ratio postulauerit. Ita nimirum
& egredietur & ingredietur, & in omnibus re-
quie perfruetur, vt Sapiens docet, & vtrobiq; re-
anima eius pascua inueniet, & ipse Saluator ait.
Hæc idcirco scripserim, quandoquidem Do-
minum DEUM tam longe secutus es in exilijs,
vt illum & propè & longè reperire scias. Nam
in omnibus rebus ille moratur & inest. Noui
ego hominem quẽdam, qui afflictionem suam
miser-

miserabilem ac omnis consolationis expertē
 cum vice quadam in cruce miserādum in mo-
 dum sine vlla consolatione pendenti Domino
 Paradigma.
 la s v exposuisset, intus de cruce sibi Dominū
 respondentem audiuit: Volo te propterea nul-
 li esse charum, vt mihi dilectus efficiaris: & ni-
 hilipendi ac despici te volo, vt sis meus amicus:
 Despecti mō.
 do efficax
 consolatiua-
 cula.
 denique ea causa vilis ac nullius eris precija-
 pud homines, vt mihi sis honori.

*De purgatione, illuminatione & perfectione
 hominum.*

EPISTOLA X.

Estote perfecti, sicut & Pater vester cæle-
 stis perfectus est. Matth. 5.

His verbis est vsa æterna Sapientia Dominus
 nolter Iesus Christus ad discipulos suos longē
 charissimos, sublimi vitæ inhiantes. Porrò D.
 Dionysius in libro cælestis hierarchiæ author
 inferiores angelos à superioribus purgari,
 illuminari, & perfici, idque totum fieri radian-
 tissimo iubare siue micantibus radijs æterni ac
 essentialis solis, ac communicatione di-
 uinorum effluxuum cum nouæ veritatis illu-
 minatione siue irradiatione. Huius simile quid-
 dam etiam in plerisq; hominibus in hac tem-
 poraria degentibus vita inuenitur. Purgatio
 autem ipsa in eo sita est, vt quicquid creatum
 ab animo excludatur, remoueanturq; inde
 rerum creaturarum simulachra, aded vt etiam i-
 ntellectus Seraphicus spiritus, vel D. Ioann.
 Baptista, vel quicquid demum creatum est,

Dion. Hier. 7.
 Inferiores
 angelos à su-
 perioribus
 purgari ac
 perfici.
 Animi pur-
 gatio vera in
 quo consistat

R
 quan-

OTW
 45

Deut. 16.
Purgationem
quid conse-
quatur.

In imagium o-
mnium vti-
lissima quæ.

quantum ad ipsorum imagines attinet, non in
trò admittantur, sed illis moriatur homo. Si
hic possent homines bene fideles & simplices
errare, quamvis bona id intentione facerent,
at intentio bona non semper sufficit. Olim per
Mosen Dominus præcepit, dicens: *Iuste quæ
iustum est persequeris.* Nam si fecus fiat, quod
iustum est, fit iniquum. Deinde post purgationem
succedit illuminatio, & luminis claritas
do. Siquidem veritas lux est, ignorantia tene-
bras dispellens. Atque hæc lux nonnunquam
cum medio, interdum sine medio suscipitur
ipsaque animi renouat lætitiã, & diuinitas
complet formis ac simulachris. Id verò quod
to copiosius præstatur homini in hac vita, ut
perfectius quicquid vanum & caducum ac ter-
renum est, in ipso moritur, stolaque incor-
ruptibilis & indeficiens futuræ illius ac æternæ
lucis magis illi fit propria, ita ut tædio qua-
dam ac nausea teneatur cuiuslibet rei tempo-
rariæ: Vnde mox vera existit ac emergit per-
fectio, quæ sita est in suprema virium vniuersi-
cum rerum omnium principio ac origine. De-
idquæ per sublimem contemplationem, ardentis-
simum amorem, & fruitionem suavissimam
summi boni, quantum quidem permittit gra-
uis corporis huius imbecillitas. Sed quia
corporis infirmitatem non potest anima pro
dignitate purissimo illi bono nudè semper
hærere, debet sanctas quasdam habere imagi-
nes, per quas rursus intro reducatur: inter
autem, quantum equidem capio, primas
vindicat ipsa D. Iesu imago & exemplar, quod
est *Deus & homo*, & sanctorum omnium

thor & sanctificator : in quo vita ipsa inueni-
tur, in quo denique merces præcipua & summa
utilitas capitur. Atque in hanc dum quispiam
transformatur imaginem, reuelata facie glo-
riam Domini specularatur, & tanquam à Domi-
ni spiritu transformatur à claritate dulcissime
humanitatis eius in claritatem sempiternæ di-
uinitatis illius. Quanto enim crebrius cupidos
cordis oculos in eum intendimus, omnemque
vitam nostram illi cõformamus, eo essentiali
eius beatitudine in cælis præclariùs perfrue-
mur. Vale.

2 Cor. 3

*De picturis & sententijs quibusdam ad Dei amorem
prouocantibus.*

EPISTOLA XI.

Vocatum est nomen eius Iesus. Luc. 2.
Salutiferum illud nome Iesus, Mi-
nister Sapientiæ in Sacello suo fecit ele-
ganter depingi adiectis ad illius ornatum sen-
tentijs quibusdam haud contemnendis: idque
uoluntate, ut corda omnium ad Dei prouoca-
re amorem. Atque ut homines afflictis suas
vires mitius ferrent, arborem etiam quan-
tum ceu rosas temporalium afflictionum fe-
rentem, quæ ad spectantibus non parum eras
consolatoria, in eodem sacello pictura expri-
mitur: itemque alteram arborem tempo-
ralis Diuini amoris differentiam & effectus
clarior ex diuinis literis indicantem verbis
simplicibus, sed Latinis. Hæc verò spiritualis eius
sententia vertit Germanicè, in rhythmos ea redi-

*Pictura quæ
quo condũ-
cano*

gens;

OTW
45

gens, vt homines nouarum rerum auidi, qui non possunt semper æquè esse ferij, multa diuersa habeant amoris diuini & virtutum incitamenta.

Querimonia hominis afflicti.

Cordis sum priuatus gaudio, doloribus magnis refertus sum. Equidem conuictor miserum me esse oportere, & voluntati renunciare propriæ, ac DEI causa ad soluendas matutinas preces pergere, atque iam honorem mihi ereptum omnem, & pedum inuolumentum me esse omnibus. Et canes rabidi me lacerârunt, & linguæ maleficæ famam læsere meam. Tanta equidem pressus sum, vt vix quisquam verbis possit consequi. DEVS ipse per capillos me arripit, quod mihi sanè permolestum est. O quam ille oblitus est, qui sum magnis & immensis correptus angoribus & miserijs. Meritò quidem paucos debet amicos habere DEVS, qui tantum parum compati nouit.

Iob. 1.
Afflictiones
cui iure per-
ferenda
2. Tim. 3.

RESPONDET AETERNA SAPIENTIA: *Pellem pro pelle dabit homo, quod ego pro certo affirmauerim: & qui vult singulari DEI amicitia perfrui, iure debet afflictiones perpeti. Multa sunt illi aduersa toleranda, qui cupit esse amicus DEI. Rosas ego in illum per plures reijciam, & multas illi cruces conficiam. Quæso contemplantini inuictos martyres, qui mei amore suum fudere sanguinem. Agedum strenui milites viriliter agite: nulla vos frangat crux vel afflictio. Facile cruces vincit omnes, qui mente sua æternitatem adspicit. Est virilis*

virilis & intracto animo Christi miles, certus
mollem & ineffeminatum hominem nullo
inquam esse honore potitum.

De discrimine temporarij ac diuini amoris.

CORPVS LOQVITVR.

Multa nobis de amore dicuntur: sed corpus
ego amare statui. Ecquid potest esse sensi-
bus plausibilis, quàm vina fortia, & delicati
morcelli?

AETerna SAPIentia RESPONDet.

O cadaver putridum, merces tua pessima ac
putrida est. Stolidi ac amentes tua cupi-
unt experiri oblectamenta, sed sapientes ea ex-
sperantur.

Amor diuitiarum & honoris loquitur.

Amicis, honoribus ac opibus affluere, ea
Mundi est dulcis melodia. Quotquot ijs
abundant, in magno precio habentur: quam-
obrem etiam ego ea appeto.

RESPONDet AETerna SAPIentia.

Mundi sapientia, diuitiæ & honores multis
terribiliter imponunt: bonaq; labentia a-
nimos innumeros deprauârunt. Itaq; fugien-
tialunt, & ad DEVM confugiendum.

Amor carnalis loquitur.

Nihil ita oblectat animum, vt forma & e-
legans adpectus foeminarum: quas qui-
dem fugere molestissimum est, & ipsa morte
terribius.

RESPONDet AETerna SAPIentia.

Dici non potest, quàm innumeros perdat Eccl. 9.

R 3 spe-

Fœmini ob-
sequi & pla-
cere velle,
quid inferat
conuoluenti

Species mulierum. Aduersum hanc nulla ne-
que prudentia, neque virium facultas preuale-
re potest: vnicum remedium est procul ab ea
fugere. Qui verò cupit placere & obsequi fœ-
minis, multa illi incommoda ferenda sunt.
Quod si nolit non habet gratiam, suoque fru-
stratur amore. Hæc igitur attendant caueant,
que miseri, & tandem sapere discant. Breve
gaudium & prolixus dolor, vestis est amoris
foedi & vanissimi.

De amore diuino.

Sap.

Sapientia ex Deo patre genita æternum Ver-
bum est in diuinitate: cuius natura & essen-
tia simplex, prorsus est modi experta & inco-
gnita. Corda omnia illi inhiant, nec tamari
potest quisquam quicquam inde proloqui.
Vincit Solis pulchritudinem & stellarum
splendorem. Quiescit autem in animæ fundo,
atque inibi vel milles munda anima eam am-
plexatur. Non patitur cor hominis vlli præ-
terquam sibi soli esse deditum. Merito sanè il-
lius est studendum amori, & amicæ loco affe-
renda est. Nusquam illi similis est toto orbe
terrarum: eam esse adeptum, id planè est possi-
dere cælum.

De salutifero nomine Iesu.

Prou. 18.

Iesus in nostrarum animarum intemis pe-
netralibus charorum omnium charissimus
est. IESV nomen turris fortissima, quæ nõ po-
tèst vi vlla expugnari. Nullum perinde ornat
monile, vt IESV nomen salutiferum. Citharæ
suauissimæ tinnulus resonat tonus, vbi IESV
nomen exprimitur. O IESV pijsime, ob ho-

norem

norem nominis tui obliuiscere peccatorum
meorum. IESVS cor meum fauciauit, cuius si-
gnum est, in illo locum eius expressum esse.
IESV pijsime Domine, nomen tuum mihi sit
conclauē & asylum tutissimum. Benedicat
mihi Dominus IESVS nunc in extremo spi-
ritu. Amen.

*Vt saluari nomine Iesu quilibet sese consignare de-
beat, quò sit à malis omnibus inuainis
& securus.*

EPISTOLA XII.

Pone me vt signaculum super cor tuum,
Cantic. 8.

Omnipotens & æternus DEVS petit ab ani-
ma munda, vt ipsum ceu signaculum ponat su-
per cor suum. Itaque quilibet sincerus DEI a-
mator nunquam non pijs quasdam imagines
vel sententias animæ ore debet rerinere, vn-
de cor illius erga DEVM permoueatur ac
inflammetur. Siquidem in hac vita ea vel
summa est perfectio, vt crebrò simus me-
mores DEI, corde sapius ad illum suspiremus,
de illo frequenter loquamur, eius dicta animo
infigamus, propter illum agamus & omitta-
mus omnia, nec quenquam nisi illum dunta-
taxat spectemus & intentione prosequamur. O-
culi nostri illū amanter adspiciant, aures eius
adhortationes auscultent, cor, sensus & animus
amabiliter eum amplectantur. Vbi eum offen-
dimus, precibus illum conciliemus. Dum nos
quæret, illum feramus placidè: vbi se occultat,

*perfectio
summa qua.*

R 4 quera-

queramus eum, nec cessemus vnquam donec inueniamus: Inuentum, dignè retineamus. Siue eamus, siue subsistamus, siue bibamus, siue edamus, monile illud preclarissimum nomen Iesu semper nostris debet esse impressum pectoribus. Quando nihil aliud præstare valeamus, saltem per oculos nostris eum insigere cordibus debemus. Nomen eius dulcissimum semper in ore circumferamus, & dum vigilemus, tum seridè illius simus memores, vt dormientes inde somniemus: dicamusque cum Propheta: O DEVS æternæ, ô dulcissima Sapientia, quam bona es animæ quærenti te, & non solum concupiscenti. Hæc nimirum est omnium optima exercitatio. Enimuerò exercitiorum omnium ceu corona quædam est iugis orationis ad quam cætera omnia velut ad scopum referuntur. Quid quæso in cælis aliud agunt, nisi quod DEVM contemplantur, amant & laudant? Quanto igitur amabilius Dominum Deum nostrum, æternam illam Sapientiam nostris insigimus cordibus, quanto etiam sapientiam eam contemplantur, & vltis cordium nostrorum stringimus, tanto etiam & in hac & in futura vita suauis illa nos complectetur. Adspiciamus exempli causa sacratissimum CHRISTI Apostolum Paulum, vt ille nomen IESU intimis cordis sui visceribus insculperit. Nam simulatque caput illi præcisum fuit, tribus vicibus fertur nomen IESU pronuciâsse. Diuus quoque Ignatius cum in sua passione CHRISTI nomen identidem compellaret, & ab tormentibus cur id faceret inquisitus, responderet suo cordi illud nomen inscriptum esse, de-

Thren. 9.

Exercitiorum
omnium co-
rona quæ.

S. Ignat.

Miri quid-
dam.

functi corpus sciderunt milites, & in eius corde aureis litteris passim exaratum viderunt nomen IESV, qui sit benedictus in secula. Amen.

Hanc extremam Epistolam filia suæ spiritali scripsit Minister Sapientiæ. At illa cum aduertisset multis indicijs magnam eum animi pietatem ac deuotionem & fiduciam gerere erga sacratissimum nomen IESV, didicissetque ex eodem diuina familiaritate nomen illud dulcissimum suo in pectore eum exarasse, singulari inflammata eiusdem nominis amore, uti sese magis ac magis erga illud excitaret, filis sericis rubri coloris in exiguo panno candido ipsum consuit hac figura, IESVS, volens ipsa secreto illud apud sese nomen circumferre ac deinde eiusdem schematis innumera conficit nomina Iesu. Cum verò Minister Sapientiæ id peruenisset, vbi illa morabatur, rogauit eum magna animi pietate, ut ea nomina cuncta ad pectus suum applicaret diuino cum fere ac desiderio, sibi que postmodum redderet. Fecit ille ut erat rogatus. Tum ea nomen quod sibi confecerat, ad tunicam suam interiorem affuit, vbi non poterat à quoquam videri. Fecitque id eo desiderio, ut cordis sui deuotio erga DEVM augeteretur eo magis, maiorique prosperitate & salute inde potiretur. Reliqua nomina per Ministrum misit cunctis eius spiritalibus filijs eo loci degentibus, ut & ipsi eadem mente ac intentione apud se illa gasserent: id quod factum est. Ipsa verò clam apud se suum nomen IESV, donec vna cum eius corpore in sepulchro conditum est. Porro ante-

R 5 quam

Nota zelum
erga nomen
Iesu.

quam Dominus sanctam illius vitam feliciter
 rat obitu clausurus, contigit, Ministrum ad eam
 postremo aduenire. Tum illa his eum verbis
 cōpellauit: Multa per te Pater diuinitus mihi
 bona præstita sunt, vt merito sempiternas de-
 beam grates laudesque Deo agere. Sed vnum al-
 iquid adhuc pijsimum animum tuum obse-
 cro, quod vt præstes mihi venerande Domine
 & spiritualis in Christo pater meus, te comprimis
 oratum velim. Certum habeas, me in prae-
 cipua positam deuotione sapius à Deo admo-
 nitam, vt hanc tibi precem offerrem. Itaque Dei
 voluntas est, vt illi morem geras. Respondit
 Minister se facturum, quicquid secundum Deum
 exigeret. At illa: Quisquis, inquit, mi Domine
 pater fidele cor tuum perinde vt Deus atque ego
 perspectum habet, auditque ignitos sermones tuos,
 & flagrantissima legit scripta tua, aduertit me-
 mirum, diuinum Iesu nomen, cuius excellen-
 tissimam dignitatem scriptura omnis com-
 memorat, tam profundè tuo infixum pectori, vt
 in mortales omnes noua quædam virtus inde
 possit etiam sensibilibus procedere. Quamobrem
 misera ego & afflicta filia tua vice omnipoten-
 tis Dei per eiusdem sacratissimi nominis digni-
 tatem & excellentiam te obsecro, vt antequam
 moriaris, nec per te ipsum id efficere possis, hac
 eadem hora manum tuam nudam imponas sa-
 lutifero illi nomini, quod tuo cordi ex ardentis-
 simo Dei amore insculpisti, atque eadem ma-
 nu nobis omnibus facta cruce benedicas, quot
 quot tuo desiderio secum statuunt idem nome-
 Iesu quotidie semel venerari pijsima illa ma-
 tutina salutatione, quæ tibi diuinitus illuxit,
 ipsum

Hæc matu-
 na salutio
 habetur infra

in exercitio
de aeterna Sa-
pientia, & ita
incipit, Ani-
ma mea desi-
deravit te in
nocte, &c.
Phil. 2.

ipsamq; eadem amanter salutare, & creaturas
ad eius dignissimam prouocare laudem: aut
certè honorare idem nomen vna oratione Do-
minica, Angelicq; salutatione & venia, vt vo-
cant, vel humi deosculatione in laudem DE I,
cui iure flectitur omne genu cælestium & terre-
strium, vt piissimus DEVS seruet eos ab omni
perniciosa aduersitate, sitque illis auxilio, vt
suis afflictiones superent pro ipsius laude & eo-
rum perenni salute ac vtilitate. Itaque cernens
Minister sanctæ illius personæ seriam petiti-
onem & deuotionem, Deiq; intelligens volun-
tatem, magno cum seruore nudam manum
suam ad nomen Iesu aliquamdiu apposuit, ac
deinde erecta manu in omnipotenti eiusdem
nominis virtute crucem fecit, ingentiq; deside-
rio illis omnibus benedixit ac benè præcatus
est, qui pio affectu prædictam matutinam salu-
tationem in nominis IESV honorem di-
cere vellent, rogauitq; DEVM, vt san-
ctum obitum & vitam illis
præstet æternam.

(17)



D. HEN.